



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. Francisci Bonaldi Societatis Iesv Theologi, Divina
Ecclesiae Oeconomia**

Bonald, François

Coloniae, 1611

XXXVI. De institutione aquæ benedictæ, panis, & similium.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-48916](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-48916)

go caueamus, ne Deo plangendi occasionem demus. Si autem ecclesiarum & sacrorum locorum curam gesserimus, prout oportet, etiam nostri curam geret Deus, nosque ab omni aduersitate defensabit, & à cunctis malis liberabit: benedicetque terræ nostræ, & fructus eius multiplicabit; ad eò vt nihil habeamus, de quo quæramur: plurima autem de quibus Deum laudemus, totoque cordis affectu ei gratias agamus.

CAPVT TRIGESIMVM
SEXTVM.

*De Institutione Aqua Benedicta, panis,
& similia.*

EX ijs, quæ de consecratione & benedictione Ecclesiarum diximus, liquidò satis constat, nō errare ecclesiasticos cum creaturas insensibiles, vt sunt aqua, sal, panis, cera, oleum, & similia ad bonum spirituale & corporale Christianorum consecrant; nam ex Apostolo didicerunt, creaturam sanctificari per verbum & orationē.

1. Tim. 4.

S 6 Ve

Verum ut veritatē hanc clarius illustremus, & extra omne dubium collocemus, expedire videtur, ut harum benedictionem antiquum usum, & mirabilem fructum ostendamus.

Ut autem de ijs benedictionibus dicamus, quarum in Ecclesia est maior solemnitas, & in populo frequentior usus, sciendum est ipsam aquæ be-

Clem. l. 8. conf. c. 35. nedicendæ formulam, qua modo utimur, à Clemēte ad verbum penè referri; quod fidem facit eam non novitiam, sed antiquissimam esse; S. Dio-

Basil. l. de Spirit. s. c. 27. Aug. Tract. 110. in Ioan. nysius de Baptismo agens etiam huius meminit, sicut & plures alij Sancti Patres. Olei consecrati mentionem faciunt Basil. August. & ante omnes Dionys. Panis benedicti usum antiquissimum esse ex D. August. testimonio habemus.

Idem. l. 2. de Pecc. Mer. c. 26. Conc. Tolet. 4. can. Maxim. in Tom. Candelarum & cere; item cinerum & palmarum benedictiones in Ecclesia diu frequentatas ex ipsis concilijs, & Doctorum scriptis colligitur. Patet itaq; non modo eas exortas esse, sed ab initio locum suum in Ecclesiarum inanimatarum benedictiones habuisse: quæ uti non sine ratione in-

stituta.

stituta sunt, ita neque absque fructu
& utilitate exercentur, ut ex dicendis
patebit. Consistit autem hic fructus
in eo, quod nos doceant, ac iuuent.

Quod ad instructionem pertinet, a-
qua benedicta nos docet baptismum,
quem suscipimus, in memoriam reuo-
care: Sal, qui aquæ admiscetur signifi-
cat salē sapientiæ, operibus nostris
condiēdis necessarium esse. Benedictus
panis Venerabilis Eucharistiæ signum
est; sicut & ille quem ipse Saluator, in
deserto benedictione sua multiplica-
tum, distribui iussit. Oleum consecra-
tū diuinam misericordiam significat,
& remedium vnguenti, quod Christus
saluti animarum præparauit. Cerei
benedicti fidem viuam, id est charita-
te ardentem, & bonis operibus lucen-
tem denotant: Aut ipsum Christum,
qui venit in hunc mundum, ut homi-
nem illuminet, & charitatis ignem
accendat. Cineres nos puluerem
esse, & in puluerem reuersuros præ-
monent: Poenitentiam in super pecca-
tori necessariam esse designant, si
victoriam quæ per ramos palma-
rum, & oliuarum significatur speret

*Aqua Be-
nedicta.
Durand.
in Ration.*

*Panis be-
nedictus.*

Oleum.

Cerei.

Cineres.

§ 7 & ob-

& obtinere velit. Atque hæc sunt instructiones, quas ex his rebus gratis elicere possumus.

D. Thom. Auxilium autem & subsidiū quod
p. 3. q. 87. ex ijsdem consequimur maximum
e. 3. est; nam, ut inquit Doctores, utiles sunt; Primò ad expianda venialia secundo ad abigendos immundos spiritus, impediendas veneficorum incantationes, signa magica destruenda; Tertio ad præservandum à malis & sanitatem restituendam. Verificatur hæc singula ex orationibus, quibus Ecclesia in earum benedictionibus utitur; & effectibus, quos semper produxerunt, & etiamnum ubiuis terrarum, ubi Christiani sinus pedem figit producant. Habentur illæ orationes in Missali ubi quouis eius rei cupido videri possunt: Exempli ramentam gratia eam orationem ponam, qua Ecclesia in benedictione aqua utitur, cuius tenor talis est, *Deus qui ad salutem humani generis maxima quaque sacramenta in aquarum substantia condidisti. Adesto propitius inuocationibus nostris, & huic elemento multimodis purificati- onibus preparato, virtutem tuam bened-*

*Benedictio
 aquæ.*

tionis

Etionis infunde: ut creatura tua mysterijs
 tuis seruiens ad abigēdos demones, mor-
 bosque pellendos diuina gratia sumat ef-
 fectum ut quicquid domibus vel locis fi-
 deliū hac vnda resperferit, careat omni
 immūditia. liberetur à noxa, nō illic resi-
 deat spiritus pestilens, nō aura corrūpens:
 discedant oēs insidia latentis inimici: &
 siquid est, quod aut incolumitati habitan-
 tium inuidet aut quieti, aspersione huius
 aqua effugiat, ut salubritas per inuocati-
 onem sancti tui nominis expetita ab om-
 nibus impugnationibus sit defensa. Quæ
 oratio optimè in scripturis fundata
 super aquam, cui sal admixtum est, ab
 Ecclesiæ prælatis & antiquis Patribus
 proferri solet; Nam, ut inquit Alexan-
 der Primus, *Aquam sale conspersam in*
populis benedicimus, ut ea cuncti aspersi
sanctificentur & purificentur: Nam si ci-
 nis vitula aspersus populum sanctificabat
 & mundabat, multo magis aqua sale a-
 sperfa diuinis que precibus sacra a popu-
 lū sanctificat & mundat: & si sale asper-
 so per Heliseū prophetā sterilitas aqua sa-
 nata est: quanto magis diuinis precibus
 sacratu sal sterilitatem aufert rerum
 humanarum, & coinquinatos sanctifi-

De con-
 secr.
 Dist. 3.

GAT

cat & purgat & cetera bona multiplicat
& insidias diaboli auertit & à phantasma-
tis versutijs defendet. Hæc ille, qui
bus antiquo vsui bona ratiocinatione
tantus pontifex auctoritatem tribuit.

Ad effectus itaque veniamus & vi-
deamus quomodo hæ res benedictæ
Christianis aduersus dæmones mor-
bos aliaq; incōmoda præsto fuerint.

Epiphan.

Hæres. 30.

Refert Epiphanius quendam Iose-
phum nomine signa magica & incan-
tationes per homines diabolicos pro-
curata aqua benedicta destruxisse.

Theodor.

l. 5. c. 21.

Eodem remedio vsum Marcum A-
pameensem dicit Theodoretus, & iux-
ta relationem Palladij eo etiam vsus
est S. Macarius. Hilarion autem vt in
eius vita scribit Hieron. plurimos sa-
nauit nunc oleo, nunc pane benedi-
ctis: Idem de S. Bernardo narrat eius
vitæ scriptor: Et ipse dicit S. Malachi-
am Phreneticum quendam haustu a-
que benedictæ integritati sensuum re-
stituisse. Omitto ceterorum exemplo-
rum infinitam turbam, auidum autem
horum lectorem ad Acta sanctorum
& quotidianam experientiam remit-
to; nam in Europa videmus, & Histo-

Bernard.

*vit. Ma-
lach.*

rijs Indicis legimus ijs locis, vbi nouella fidei germina plantata sunt, ad eo frequentes esse rerum benedictarum effectus & ordinaria quasi miracula, vt de ijs dubitare non liceat. Quę autem de benedictione aquę & rerum supra enumeratarum diximus, etiam reliquis omnibus quibus Ecclesia benedicere consuevit applicari possunt. Quia tamen Agnus Dei tam in sua operatione quam in cōsecratione multa peculiararia habet, consultum mihi visum est speciatim de eo agere.

CAPVT TRIGESIMVM
SEPTIMVM.

De Agno Dei eiusque virtutibus.

Notum est *Agnus Dei* ordinariē ex ^{Materia} cera virgine eaque candidissima ^{Agnus} in orbiculari aut saltem ouali figura ^{Dei.} efformari: ac *Agnus Dei* appellari, eo quod in ijs forma Agni labarum cui crux imponitur tenentis, exprimat.

Ex